

1177
sequitur P

fratrem Zobelai, cepto itinere in Olomütz usque
sequuntur, civitatem obsident, sed non optinent et
vastata provincia revertuntur ad sua.¹

1178 Anno dominice incarnationis M^oCC^oLXXVIII dux Zobel-
laus adventum Friderici sciens, sed quando venires
nesciens preoccupat introitum terre cum tanta mul-
titudine militum et rusticorum, quanta in uno
loco diu stare non posset. Igitur post diutinam stati-
onem dimissis singulis in domos suas et rediitis,
sicut sperabatur, tempore opportuno, ecce subito venit
Fridericus cum copiis tam Boemorum, qui ad eum
transfugerant, sicut eis semper notis est, quam
etiam Thei Teutonicorum, quos imperator addiderat,
et tendit recto itinere Pragam. Quid ad hec faceret
Zobellaus? Non habet tempus congregandi quos dimi-
serat, occurrit tamen cum quibus potuit, sed cito ver-
titur in fugam et fugit versus Zalam,² quam muni-
tionem amissa etiam Praga non amisit faciens de ea
contra Fridericum quicquid potuit. Sane predictus
Fridericus sicut dictum est tendens Pragam divertit
in Bragov, quem fratres illius ecclesie tamquam ad-
vocatum et filium primi constructoris sui magnifice
susceperunt, occurrentes in sericis capis cantantes

1) Vin. Oppor. Quellen Boheim des zu 1178 (Cons. Claustroneob. I, SSX, 617; Cons. Zwettl. I, SSX, 541). Cons. Claustroneob. III, SSX, 631f. gibt genauere
Vorau: Juni 13 Ludwig von Leopold Feldz. i. g.; Juni 28-30 He-
longorung von Olmütz. Vgl. a. a. O. Boheim I, 360, Anm. 1.

2) Groß-Neal in Nordboheim b. Tinnau. Vgl. die Briefe in Boheim
112 erzählt zwar die Lage Neals für unsere Zeit kommt hier
keine andere Briefe in Frage.